mina, Qualiter enarrem potentias dni aut mirabilia eius recenseam,
uidetis quia semper quod dico uerum est, quoniam siquis temptationem uiriliter
tulerit, magnum ex ipsa uindemiat fructum, Ideo uos ad apostolos inui
taui ut ad eos qui aliquando persecutionem passi fuerant ueniremus &
nos quidem insidias pati illi uero inpugnari, sed inimici illis nihil nocue
runt qui a isti orbem terrarum lucrauerunt, Ueniamus ad sca corpora
quae xpi stigmata portauerunt, ueniamus ad timotheum discipulum pauli
& andream fratrem petri. Credimus iubari nos illorum meritis, Similem
animum geris non timeas temptationes, omnes sci ipsi istam transierunt, multa tri
bulatio corporum sed maius refrigerium animarum; Propterea & uos dns semper auge
ri & celebrare s conuentos agere, gloria quippe pastoris est ouium multitudo;
Quid faciam quid loquar inculta ubi seminem non habeo agrum. Extensae
propagines uitium perfectum est templum & prae multitudine piscium rumpuntur retia
mea quid faciam laborandi locum non habeo gaudendi habeo tempus; & ideo lo
quor non quia indigetis doctrinam sed ut meam uoluntatem uobis ostendam,
Ubique spice comant; tante oues & nusquam lupus, tot spicae & nusquam lolium,
tante uineae & nusquam uulpes; Ubi nunc sunt lupi quo abierunt uulpes qui
eos persecuti sunt, O rem inauditam, pastor quiescit & oues luporum rabiem abigerunt
Insidias uulpium obpraesserunt, O ouium sapientia o filiorum affectus o discipu
lorum caritas o pulchritudo sponsae, absente uiro abegit adulteros; Ostensa est
eius diuitiae apparuit pulchritudo, latrones confusi fuerunt & aufugerunt;
Dic ergo mihi quomodo persecuta est lupos quomodo repulisti latrones frequenti in
qui doratione ad dnm, quomodo dispexisti adulteros continuis inquid lacrimis ex
desiderio uiri, non accepi arma non sumpsi lanceas non arripui scutum solummodo
ostendi eis pulchritudinem meam qua perspecta uulnerati fugerunt, Ubi nunc
illi procul dubio in confusione, Ubi nos in laetitia, Ubi nunc illi conscientiae suae
malo tabescunt, Ubi uero nos in magna exultatione glorificamus dm, Quid dicam
quid loquar. Adiciat dns super uos super uos & super filios uestros, & adleuet dns uultum
suum & misereatur uestri in xpo ihu dno nostro, cum quo est do patri & spu sco honor
gloria & potestas per inmortalia saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT IPSIUS IOHANNIS DE GRESSU PRIORIS. EXILII;

## INCIPIT EIUSDEM OMELIA DE FIDE IN XPO XXXIII

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0291